Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



dum unūsq; in se intelligens qđ dicebatur. non quasi monitorem libenter audiunt. / si quasi emulatorem sui operis aut risus est. Verumtamen quidam fuerunt arma sse exercitui reclamantium. et nulli conscientie dolore monstrasse. / Liber manet. / homines pterierunt. Sepsi et adplerasq; uiduas et uirgines et ecclesiastica. et quicquid dici potest in ullis opusculis defloratum est. ut aut superfluo eadem a nobis repetantur. aut nunc pretermissa non multum uocent. Certe et beatus cyprianus egregium de unitate uolumen edidit. / multi latinum sermone latino quam greco. omnium q; gentium literis atq; linguis. precipue in ecclesiis agnetis uirta laudata est. si hoc ad eas pertinet. que necdum elegerunt unitatem. et exhortatione indigent. ut sciant quale sit qđ eligere debeant. Nobis electa seruanda sunt. et quasi inter colubros et scorpiones incedendum. et ac cinctis lumbis calciatisq; pedibus. et apprehensis manu baculis. uter per insidias huius seculi et uere uenena faciamus. possimusq; ad dulces iordanis puenire aquas. et certam repromissionis intrare. et ad domum dei ascendere et dicere cum apostolo. Dne dilexi decorem domus tue et locum habitationis glie tue. et illud. Unam petii a dño hanc requiram. / ut inhabitem in domo dñi omnibus diebus uite mee. Felix illa conscientia. et beata uirginitas. in cuius corde propter amorem xpi que est sapientia. castitas patientia atq; iustitia ceteraq; uirtutes. nullus alius uersatur amor. nec ad recordationem hominis aliquando suspirat. nec uidere desiderat. quem cum uidere nolit dimittere. Sem uirginum apostolorum et celestis angelorum familie gloriam quorundam se habere. non agentium nomen infamat. Quibus aperte dicendum est. ut aut nubant si se continere non possunt. aut contineant. si nolunt nubere. Digna res risu immo planctu. incedentibus dñis ancilla ingo precedit ornatior. ut pro nimia consuetudine quam incomptam uideris dominam suspiceris. Non mulier separate et absq; arbitris queritur hospicia. ut uiuant licenter. utantur balneis. faciant q; quod uolunt. / et ueniunt ad conscientias plurimorum. Hec uidemus et patimur. Et si aureus nummus affulserit. / uni bona opera reputamus. Finem iungo principio. nec semel monuisse contentus sum. Ama scripturas scas. et amabit te sapientia. / diligeam et seruabit te. / honora illam. et amplexabit te. Hec monilia in pectore et in auribus tuis hereant. nichil aliud noverit lingua nisi xpm. nichil possit sonare in quo dulcedo uersetur. / quarum imitatio. forma uirtutis est.

Prefatio ieronimi presbiteri. ad matrem et filiam gallie comanentes. Capitulum xiiii.

Retulit mihi quidam fratres de gallia se habere sororem uirginem matremq; uiduam. que in eadem urbe diuisis habitarent cellulis. et ut hospicii sollicitudinem. ut custodiendas facultatulas. presules sibi quosdam clericos assumpsissent. ut maiori dedecore ingerentur alieni.

25